



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 61. Flavii Torti, Sebastiani Barretarii & Joannis Avantii obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

ventum, & quicquid circa ritus ambiguum reperiēbat, dilucide explanavit, adeo ut ejus opus plane velut absolutus commentarius librorum Historicorum veteris Testamenti haberi valeat. Obiit die decima Junii.

Sæc. XVII.
A. C. 1622.

§. LXI.

*Flavii Torti, Sebastiani Barretarii,
& Joannis Avantii obitus.*

Ingens quoque sui desiderium reliquerat Flavius Tortus, qui Romæ ex illustrissima Torquatorum stirpe progenatus Ticinii per triginta annos publice jurisprudentiam tradebat, ac celebres suas annotationes ad sextum volumen Consiliorum Baldi, necnon lucubrationes ad statuta civitatis Papiensis vulgabat: Nondum edita adhuc Patavii asservantur ejusdem Professoris consiliorum volumina quindecim. Eodem quoque anno obiit Sebastianus Barretarius in Etruria natus, qui Ecclesiæ Historiam ab orbe condito usque ad SS. Apostolorum ætatem, necnon vitam Josephi Anchiæ conscripsit, denique undecimam Martii diem vitæ suæ postremam habuit Joannes Marius Avantius, qui humanioribus literis Magistro Ricobono, & Philosophicis ac Theologicis Ferrariæ egregie

*Freherus
Theatr. Vi-
ror. erud.
part. 2.
sect. 4.*

Sæc. XVII. gregie imbutus, Bononiæ Jurispruden-
 A. C. 1622. tiæ vacabat, tandem vero Patavii
 Doctorum honoribus insignitus Rodinii
 Caussidicum egit, ubi etiam anno æta-
 tis suæ septuagesimo tertio decessit, a
 suis æmulis tam crudeliter infectatus,
 ut occiso fratre suo ipsemet octodecim
 vulneribus pene conficeretur, postea
 tamen recuperata salute, hostibusque
 suis exilio multatis usque ad septua-
 gesimum tertium ætatis suæ annum Pa-
 tavii tranquillam protraxit vitam: Con-
 ciliaverat sibi Ferdinandi II. Cæsaris
 gratiam pereleganti quodam carmine,
 in literariæ vero Reipublicæ utilitatem
 conscripsit Historiam Ecclesiasticam a
 Lutheri apostasia usque ad sua tem-
 pora, præter tractatum de partu ho-
 minis, & consilia plurima de rebus
 civilibus & criminalibus.

§. LXII.

*Quidam Societatis Scriptores hoc
 anno defuncti.*

Alegambe
Bibl. Script.
Sor.
Miræus. l. c.
Pufendorff.
Hist. de
Sued. t. 2.
p. 23. & 27.
Maimb. Hist.
de Luther.

Celebriores ex Jesuitis, qui hoc anno
 obiire, erant sequentes. I. Vin-
 centius Filliuccius Senensis, qui quæ-
 stiones morales earumque compen-
 dium de Simonia, de Statu Clerico-
 rum, & de beneficiis edidit. Obiit
 Romæ die quinta Aprilis. II. Paulus
 Ar-